



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum Principis, Eivsqve Svccessorum
Vitae, Ac Doctrina, Ipséque Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basel], [1543]

VD16 VD16 K 2583

Ioannis Lodouici Viuis, de conditione uite Christianoru[m] sub Turca,
libellus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98259)

Victoria in inferendo quam excipiendo bello certior.

Belli Turcis in ferendi optima ratio.

Dardanelli.

adeo nobis omnia bene disposita sint, ut non tantum uirtute, armis, ordine, machinis aereis, atque alijs huius generis rebus, Turcis non cedamus. sed ne numero quidem militum multo illis inferiores sumus. Ceterum nonnulli sunt, qui existiment Turcam, si ipse aut Austria, aut Italia inuaderet, in fugam uerti facilius posse, quam si Christiani in Turcicas provincias profecti, eo loci ipsum adorirentur, ubi post longorum itinerum labores, etiam comestus inopia sustinere fortassis cogerent. Et hac quidem opinio forsitan non aberraret a scopo, si Principes Christiani adeo unanimes essent, ut ad primum ipsius Turcae aduentus rumor, ualidas ad resistendum uires in unum colligerent. Sed sperare uix possumus hoc futurum. Nam nullus unquam sibi persuasit Turcam aduolare, quousque tandem adeo propinquus extiterit, ut omnis ad resistendum apparatus, serus ac frustraneus futurus sit: quemadmodum in Rhodia, Belgradensi, ac Budensi expeditionibus contigit. Qua de causa qui rei bellicae peritiores sunt, arbitrantur, certius ac securius in inferendo hostibus, quam in excipiendo ab eisdem bello uictoriam consistere posse. Bellum enim quod nobis inferitur ab alijs, ut periculosissimum est, ita Deus summopere orandus, ne huiusmodi nos inuoluat. Porro quo tempore de suscipienda in Turcas expeditione, plurimus sub Leone Papa X. sermo erat, Ducum quorundam primi nominis iudicium fuit, ut ea non nisi ualida ac triplex susciperetur: nimirum in hunc modum, ut Maximilianus Caesar, Germaniae, Ungariae, Boemiae, ac Poloniae uiribus comitatus, Seruiam uersus secundum Danubium iret. Franciscus uero Francorum Rex, ingenti exercitu ex quacunque ad bellum disposita natione conscripto, ex Apulia in Epirum transiret, ac fauore populorum illorum, qui Turcis alioqui insensissimi sunt, adiutus, progrediretur quod bona fortuna iter ostendisset. Rex autem Angliae, Lusitanis, ac totius Hispaniae uiribus, nec non Venetorum triremibus adiutus, Hellespontum uersus nauigaret, castellisque, quos dardanellos uocant, expugnatis, rectam Constantinopolim peteret. Futurum enim arbitrabantur, si res Turcica, uel in uno tantum istorum trium laterum debilitaretur, ut Christiani postea uictoriam integram adipisci facile ualerent. Sed quemadmodum summae difficultatis erat, Christianorum uires omnes, ac peculiariter ipsos etiam potentiores Principes in unum colligere: sic Dei uoluntate est actum, ut omnia tunc in nihilum redigerentur, quo huiusmodi Turcarum debellandorum occasio tranquillioribus temporibus, adeoque tuae maiestati iam adultae seruata, eam ad summum fastigium uerae gloriae, ut suis innumeris uirtutibus meretur, extolleret.

FINIS.

IOANNIS LODOVICI VIVIS DE CON DITIONE VITAE CHRISTIANORVM sub Turca.



ST inter Christianos homines odiorum atque inimicitiarum tanta acerbitas, et tam caeca rabies, ut ea multi mortales perciti atque accipiunt praecipites, nihil dubitent in se ac alios pessime consulere, et in eas uoragines se ac suos omnes, uel uotis ac desiderijs, uel etiam quatenus possint re ac opera consicere, unde nunquam deinceps emergant. Optant alij non unius aut alterius hominis caedem atque interitum, nec inimicitias inimicis concludunt, sed populorum, ciuitatum, nationum, gentium cladem lati ac libentes spectant. Alij nouationibus rerum studet, et cuperent non solum principem mutatum, sed Turcam, aut impium aliquem regem, et a nostra pietate non tantum uita et actibus, sed nomine quoque ac professione abhorrentem. Ad quam tam impiam ac nefariam animi libidine uarij uarijs de causis rapiuntur. Sunt qui hoc cupiant, quod sub Christiano

stiani principe (Christianos hic de nomine ac professione nūcupo) sub tali ergo
 rege durā uitā & intolerabilē transigūt, pressi uel à rege ipso, uel ab alijs quibus
 rex publicas administrationes cōcredit ac cōmendat, uel ab hostibus quos ille in
 se lacessuit, quū illis à finibus ditionis suæ arcēdis par nō esset. In quo utriq; &
 princeps & subditi, nō mediocre flagitiū admittūt. Ille quidē, qui muneri suo nō
 satisfaci, & patrē professus, hostē præstat, causamq; eiusmodi querelis præbet.
 Christianus uerō priuatus etiā culpā dū, qui ita rerū uitæ huius cura & cogitati
 one à cursu cōlestiū reuocat, ut suā & aliorū quietē inturbet. Vnus est finis,
 quod omnes tēdimus, nēpe felicitas illa sempiterna. Vna uia, quā ingrediēdū, ue-
 ra pietas. Quātulū refert, modo ab hac uia nō depellāre, quid extra illā fiat, quid
 prauus aliorū atq; incitatus animorū tumultuetur impetus? Quām parū refert
 Christiani hominis tā exigū atq; incertū uitæ curriculum, sub q; principe decur-
 rat, modō ut metā possit pertingere, quod cōtendit. Viatores uidemus paulō pru-
 dentiores ac moderatiores, uitę omnes molestias, et uisū ac perperuū indignissima
 siue in diuerforijs, siue in uia ipsa, tacitos præterire ac deuorare: in id modo spe-
 ciātes ac intētos, quod profectiōē destinarūt, cultu modico, ac interdū sordido,
 splendore illo atq; illa dignitate depolita, qua sunt in patria, ferūt excludi se, extru-
 di, nō haberi honestissimis hominib; honorē, tractari se ut famulos, illā aduersū
 se exerceri petulantia, cuius sunt ipsi domi cōercitores ac punitores. Quid eos q;
 in aliena regione negociant, si quid illis uel à priuatis grauius, uel à principe exi-
 stat, uel etiā à solo aut coelo, quomodo aspiciamus cōcoquere ac pati, & q; in stati-
 one perdurare, ne lucris spes abrupat. Quæ Germaniæ frigora tolerāt Itali &
 Hispani, atq; adeo Bethyci mercatores, quos Aegypti aut Africæ ardores Galli
 & Germani, quæ tributa, in ditiones, duritatē oris, uerba, atq; etiā interdū uer-
 bera cōtumeliosissima, omnia mollit ac cōdulcorat spes rei augendæ. Quid mili-
 tes perferūt in castris ob uile stipē? qd athletæ ob uictoriā? quantū uenatores p-
 pter ferā occidendā? Tā ualide spes aliqua animū omnē à præsentiū rerū cogita-
 tiōe ac sensu ad se auocat. At uerō, q; nos ita in cura præsentiū rerū immoramur,
 an nō aperte declaramus, nō ita animū nostrū spe aliqua duci præmij, ut illorū;
 alioq; quāto minus, q; illi, de quib; dixi, hac præsentiā sentiremus, occupatū atq;
 intēti in eā uitā, q; immortalis est post hāc mortālē futura. Idcirco sancti aposto-
 li, quū uiderēt nō debere Christianū suū cura rerū uitæ huius intricare, obedire
 nos rectorib; ac præsētis nostris iusserūt, nō solū cōmodis & mitibus, sed aspe-
 ris quoq; & difficilibus: nec parēre nos tantū uolūt, sed et p illis orare cōlestē no-
 strū patrē, ut sapiēter populū regāt, cuius administrationi præsint. Id quū diser-
 tis uerbis præcipiūt, tū ipsi ac martyres, deinde omnes præstiterūt. Cypriano Ce-
 cilio quū esset tanq; crimē obiectū à præfecto, quod in Cæsare cōiurasset, respon-
 dit: Logissimē absumus nos Christiani ab ista culpa, q; Cæsari, etiā si alia sacra, ali-
 os deos colēti, tamē q; princeps est noster, bene & cupimus, & precamur, & ro-
 gamus Deū nostrū, ut mentē illius ad cogitationē uerorū honorū adducat. Nā
 quid potest tantū principes eripere, quo nō maius sit, qd odiū, quod res turbatē,
 & auocatio à religione eripiat, ac tollat: siue bona inter se diuerforū generū cōfe-
 rant, fortuita cū corporeis, aut animorū, siue etiā generis eiusdē. Alij specē sibi
 quādā cōfinerūt stultā libertatis, ne nominatā quidē in uetustis Romanorū ac
 Græcorū monumētis, nedū expressam, ut cuiq; impunē liceat quantū libeat: qd
 quū sub Christiano consequuturos se desperent, ideo uel Turcā mallent: quasi
 is benignior sit in largiēda libertate hac, q; Christianus. Quid tu dicis? Sita uerō
 est in hoc libertas, quod nihil ad publicū bonū aerario ciuitatis pendeas, uel prin-
 cipis fisco: qd penitus sublata sint uectigalia: magistratus uel nulli, uel autoritate
 debilitata prorsum & imminuta, ut à priuato nō differat: qd impunē liceat cui-
 uis male

Presti à suis
 principibus

Exempla q; p^h
 rima sunt ob
 ma in nos tra
 Germania e

Epistola petri
 i. cap. 2.

Magistratui o-
 bediendum, di-
 uinitus consti-
 tuto.

Libertatis spe-
 cies.

Libertas quid.

Libertatis
uana species
aliquot.

princeps bonis
amore pro se
quendū, dī
colis vero
ferendus.

Romana respu
blica tyrannis.

uis malefacere: Vbi uisa est libertas hæc: quādo audita: quis populus, quæ res
pub. uel punctū posset temporis in tali libertate cōsistere: an non si omnia omni
bus liceret, breui fieret, ut nemini liceret quicquā, & pro principe uno excluso
sexcenti nascerentur postredie: nec esset ullus, qui se non in illius reponi ac collo
cari sedē uī, armis, cæde omniū peteret ac cōtenderet: Cedō, quod tandē tēpus
uolūt uel Athenis signare, uel Sparta, uel Roma, in quo maxima uiguerit liber
tas: Nullū inuenietur tam solutū ac liberū, in quo nō magistratus, leges, forum,
iudicia, pœnæ, præmia ualuerint, in quo non uectigalia fuerint: transeo, quum
non solū æs uel argentum, uel aurum rei erat publicæ impendendū, sed sanguis
quoq; ac uita uolenti nolenti, quod contingit uel sub florentissima libertate. Cō
trā potius ea existimatur libertas summa, legibus ac legitimis magistratibus quie
tē obtemperare, & bonos se ac moderatos præbere ciues, uoci legū aut magistra
tuū præsto esse, & imperijs promptē ac alacriter parere. Imō uero hæc una est li
bertas uera, ut uelis bene uiuere, hoc est animi uitij uacare, & impotētissimis ty
rannis animi motibus ac cupiditatibus nō seruire: quæ sola est seruitus, ut nec re
ges ipsi dici possint liberi, quādiu his obsequuntur. Proxima est libertas, quæ ex
priorē illa deriuat ac deducitur, quietē & pacatē legibus ac magistratibus tanq̃
publicis parētibus obedire: q, sicut est in mimo, amādī sunt, si boni: sin aliter, se
rendi. Nā malē, & per aliēnā iniuriā uiuere, libertas nō est, sed effusissima atq; ef
frenis quiduis agēdi licētia, & flagitiorū ac scelerū impunitas. Quidā se non pu
tant satis liberos, nisi qd uis in quēuis liceat, sublatis legibus, summoto metu pœ
narū omni, & reuerētia magistratū. Alijs ob oculos uana quādā obuersat ima
go libertatis, quæ animos imprudētes in errorē adducit: quæq; non solū cū char
tis exoleuit ac cōputruit, sed nulla potius ullo fuit tēpore, ullo in populo: nec ipsi
qualis sit, satis scirent explicare, etiā si maximē uellēt ac conarent, tantū se libera
tē clamant cupere. Euoluāt uero, legant rerū ueterū monumēta omnia, inueniēt
nulla esse nūc tā dura, aspera, difficilia tēpora, quib. nō peiora atq; intolerabilio
ra fuerint Romæ, nō modō sub Cæsariibus, quorū uix unus atq; alter nō impor
tunissima fuit bellua. sed sub ipsis cōsulibus. An huc adducā ciuiliū bellorū no
mina, Antonios, Octauios, Brutos, Cassios, Dolabellas, Hircios, Pansas, Cæsa
res, Pompeios, Marios, Syllas: adde his Gracchos, Fuluios, Carbones, Saturni
nos, Glaucias, & aliā turbulentorū ciuū manū. Quidē iuuabat ne aliquē illis tē
poribus Romæ uiuere, aut omnino natū esse: ut mortuorū consolationes inde
peterētur, quod tā miseris esse absumptos tēporibus, felicitatis & maximi ciuiū
dā beneficij loco deberet deputari. Sic Sulpitius consolatur Ciceronē, sic Cicero
mortē L. Crassi, & Q. Hortensij oratorū. sic Cato habitus est felicissimus, qd eo
modo ē uita exisset, atq; eo tēpore. Si quis superiores ætates memoria repetat, in
ueniet pauperē populū exiguū pependisse uectigal, sed ex facultatibus exiguis,
ac propē nullis: stetit tamen in acie noctes ac dies armatū, ferentē labores ac pe
ricula militie, quū stipendiū numeraret malignissimū, diu nullū, ita ut mergenti
bus se in sortē usuris, corpore & sanguine crudeli esset fœneratori satisfaciendū.
Deniq; nō opus est ambagibus, quid fuit alia Romana respub. nisi tacitū quod
dā regnū nobilitatis in plebē: An Athenas libet inspicere: nō placebūt, nihil fie
ri potest turbulētius illo populo, nihil leuius, nihil ingratius, ut nulli essent infeli
ciores, q̃ qui uel aliquid ad cōmunes & publicas utilitates cōtulissent, uel qui in
signi uirtute aliqua & laude præstarent. An placebit Sparta, etiā gentilibus sapi
entibus improbata: ut Platoni & Aristoteli: cōsensu quidā ad bellū, & durā in
humanitatē. Quæ est ergo libertas hæc, quā ipsi nec optādo & cogitationib. talē
possent fingere, ut ciuitates, & hominū cœtus ac cōmunio cōstare cum illa pos
set ac perseverare: Sunt, qui quorūdam principū aut nationū odio, malint Tur
ca, &

cæ, & cuiuscunque principi barbarissimo subijci, quàm illis: ut Italorum quidam,
 quorum Gallum alij, Germanum alij, alij Hispanum tam infense oderunt, ut ma- *Principis aut*
 lint centies mori, & quod morte est peius, indignissima & nefaria cuiusvis impe- *nationis oso-*
 rata facere, quàm sub illis uiuere. Si meminerit cladum Italiae, res quidẽ est acer *res.*
 ba, & profectò deslenda. Sed an non plures atq; atrociores ipsi olim toti huma- *clades Italiae*
 no generi intulerunt? Ignorant has esse rerum humanarum uices, ut uictor uinca-
 tur, & patiat inuitus ac gemens, quæ aliquando fecerat lætus ac exultans: Ro- *Roma capta.*
 ma est capta & expilata, graue sanè & odiosum bonis omnibus. quis enim uellet
 id factum: ne ipse quidem Princeps, cuius auspicio res putatur gesta. Sed redu-
 cat Roma in mentem ac recordationẽ, quot ipsa urbes ceperit, expilarit, incen-
 derit, diruerit, solæquearit, non modò tecta & populum, sed uestigia quoq; de-
 leuerit ciuitatum uetustissimarum. Quid idem ipsi Itali? quomodo matrẽ suam
 Italiam tractarunt? an humanius & mitius, quàm exteræ istæ nationes? an uetera
 nomina iterum commemorẽ, Marios, Syllas, & huiusmodi? nunc in ipsis istis
 cladibus, quarum memoria recentissima est, & sensus adhuc urit, an non sæuio-
 ra multo ipsi designarunt Itali in Italiã, quàm Germanus aut Hispanus aut Gal-
 lus? At uiderunt gentem, cuius sentiunt incommoda. Putant ne talẽ se eam gen-
 tem in amicos, & iunctos uel ditione, uel fœdere præbituram, qualem in hostes
 armatos, aut hostium ciuitates atq; agros? aliam sentient amicam, quàm inimi-
 cam, non tales experiuntur Neapolitani Hispanos, quales Insuabres, Neapoli sta-
 tur legibus, habent ciues cum peregrinis, cum militibus idem forum, eundẽ iu-
 dicem, omnibus ex æquo ius dicitur, secundũ leges & iura, inter hostes nulla pu-
 tatur legum communio: licere in eos credunt, quicquid lubeat. Principem uerò *Principem ex-*
 non posse pati extraneum, nimis est delicatum, ne dicam insolens, quũ & olim *traneum nõ pa-*
 mundus tamdiu passus sit Romanos magistratus, & in unaquaque natione sci- *ti, nimis delica-*
 mus res collapsas & propè perditas, exteri principis cura esse ac prouidentia ere- *tum.*
 ctas ac restitutas, in Hispania, in Germania, Britannia, Gallia, in ipsa eadem Ita-
 lia. At qui ab extero tantopere abhorrent, cur ipsi accersunt, non futuri mox ac-
 cito pares? & si Hispanum, uel Germanum, uel Gallum sic fastidiunt & oderunt,
 cur Turcam & Scytham extremæ feritatis ac barbariei non abominantur, diffe-
 rentibus, diuersis, contrarijs moribus, lingua, commercio, religione? Non de-
 sunt, qui Christiani dicuntur, non amore pietatis, aut etiã professione uitæ, sed *Christiani solũ*
 tantum uelut quodã cognomine, quod nati sint inter Christianos: haud aliter, *nomine.*
 quàm dicerentur uel Romani, uel Carthaginenses, uel Scipiones: tam facillè, tam
 libenter cuiuscunque superstitionis & impij deorum cultus futuri, quàm san-
 ctæ religionis nostræ. Ad istos tam deploratos, seu uerius deplorandos, longè
 esset repetenda oratio, ut qui ad humanum essent sensum mentemq; reuocãdi:
 à qua tam longè recedit quisq; quàm à religione: sine qua, si quis acutè rem ex-
 pendat, non est homo, homo, sed bellua. Itaque multo alia his opus esset oratio,
 seu pharmacum uerius. Nam quemadmodum Circe illa pharmacum habebat, *Circes pharma-*
 quod humanæ faciei ac naturæ redderet, quos ipsa eadem pharmaco alio ex ho- *cum.*
 minibus bestias fecerat: ita malicia hominem in belluam mutauit, conuertit rur-
 sum in homines ratio ac religio. Non intelligunt insani isti, si hic humana o-
 mnia consumantur, nihil penitus inter hominem inter futurum & bestiam, nisi
 quod bestia simplicius cõformiusq; ad naturã uiuit, hoc est felicius, homo uerò
 maiore malicia, ac proinde rerum cura obruitur ac premitur, id est miseria peren-
 ni. Quæso num etiã si optio daretur, eam eligerent conditionẽ uitæ, ut omnia
 cum corporibus interirent? Sed hæc opinio, quæ nõ solum animæ uitam eripit,
 & eam, sicut Cicero insectatur, tanquam capitis damnatam morte multat, uerũ
 etiam

Martyrij mo-
mentum ad fir-
mādam fidem.

Martyrini.

Primus Caesar
Christianus.

Constantinus.

Ecclesie que
mala per Con-
stantinum in-
uecta.

etiam religionem extinguit, & Deum de coelis ac mūdo detrahit, maioribus est
à me aliquando uiribus aggrediēda: & quod de Christi auxilio spero ac cōfido,
penitus extirpanda. Interea autē omnes, quibuscūq; aliquid in animo restat ho-
nesti ac boni respectus, attēdant. Quum adhuc ferueret sanguis Christi, et fir-
ma esset constansq; Christianorum hominum fides, et proinde religio pura atq;
incorrupta, nihil erat utilius Ecclesiā, quā agere sub principe impio, a pietate
nostra sentētia abhorrente, professione hoste. Nam in fide tam solida & tam al-
te radicibus immixtis, non erat periculū, ne quis ullo metu perterrefactus, aut uo-
luptate delinitus, aut spe illectus nutaret. uincebat omnia, superabat, prosterne-
bat, conculcabat ualidissimus cunctorum adfectuum amor: nec aliter minas, ter-
rores, uerba, tormenta, cruciatus, mortem, fides charitate fuita atq; adiuta exci-
piebat, quā marinos fluctus, & tempestatem impactus scopulus aliquis ueru-
tus, rupis durissimā: ut ita infigi ac cōfirmari fides uideretur, quemadmodū sti-
pes aut saxū festuca percussū. Ergo altius acta sunt per martyrium fidei nostre
fundamenta, quicq; iētus eō putabantur infigi, ut luxarent & reuellerent, haeren-
tem ac fixum stipitem altius demittebant. Nulla in terrā decidebat cruoris mar-
tyris stilla, ex qua non centū Christiani uiderentur surgere: adeo erat efficax san-
ctus ille cruor, qui exemplo principis & autoris sui, pro ipso eodem libetē fun-
debatur. Iam ad permouēdos saxeos illos et ferreos homines, quā erat illud ua-
lidum, uidere constantiam profitentiū, ut durū duriorē frangeretur, intueri ro-
bur humano maius, planē cōeleste, & diuinitus adiutum: Philippus Volsrensis
princeps Romanus, ad annum v. c. millesimum, Christianū nomen magis est
professus, quā præsūt pietatem. Insecuti nihilo secius principes, idem in no-
men Christianum exercuerunt odium, quod superiores Decius, Diocletianus,
Maxentius, & alij. Primus bona fide baptizatus est Cōstantinus. Fuit dies ille,
nescio an tam Ecclesiā prosper, quā multis forsā uideri posset. Certe D. Hiero-
nymus in uita Malchi monachi, non perinde uidetur esse illo factio laetus. Cel-
sauit enim martyrium, id est fidei coticula, accensio charitatis, fundamentū ac ro-
bur totius religionis: securitas illa peperit negligentia & obliuionē maximarum
uirtutum, non minus quā longa & certa pax ociosis militibus desidia atq; igna-
uia. paratior erat quisq; in præsenti, aut certe impendente periculo, quā nūcu-
mus metu sublato. Nam etiā num in tam alta hac securitate adituri pericula ali-
qua, uel naturā, uel casuū: ut intraturi mare, aut praeliū, aut euidens aliud capitis
& uitā discrimen, sanctius nos gerimus, & paramus nos diligentius diuini iudi-
cis examini, quā quum lauti accumbimus frequēti & lato cōuiuiō. Ingressus
est princeps Ecclesiam, nō ut uerus ac planē Christianus, quod fuisset sanē feli-
cissimum & optandum: sed inuexit secū nobilitatē, honores, arma, insignia, tri-
umphos, supercilia, fastum, superbiam: id est, uenit in Christi domū comitatus dia-
bolo: & quod fieri nullo modo poterat, uoluit duas domos aut duas ciuitates cō-
iungere, Dei & diaboli, quod non magis potuisset efficere, quā Romā & Cō-
stantinopolim: quā tanto & terrarum & maris tractu separantur. Quā cōmu-
nio Christi ad Belial: inquit Paulus. Refrixit paulatim ardor, nutauit fides, dege-
nerauit tota pietas, cuius nūc umbra atq; imaginibus utimur, easq; (ut ille dicit)
utinam retineremus. Sed quemadmodū dies ille Constantini tristis pietati fuit,
& dolendus: ita ille acerbissimus, nefastus, aterrimus illucebit, quisquis nūc his
moribus & hac uitā ratione populū aliquem Christianū ditioni subdet uel Tur-
cā, uel principis cuiuscūq; a pietate nostra nomine alieni, ac professione: imō ue-
rō non illucebit, sed perpetuas tenebras & noctē inferet. Vos qui immunitates,
qui libertatis nomina tanti facitis, reputare decet, uos omnes Turcā nō alio fa-
turos

turos loco, quàm pecudes, quas ad utilitates modò & fructus suos alit, non ad participatum ullum commodorum, honorum, non denique earum rerum quæ communes sunt ciuibus inter se: quum illi non simus futuri nec ciuium numero, ac ne hominū quidem. Non pateretur nos augeri opibus, potentia crescere, uigere honoribus, pollere dignitate, incrementa nostra omnia haberet suspecta, inimicus nobis lege, inimicus professione, inimicus odio, & suo & auito, nec ulla se nobiscum crederet deuinctum lege, nullo iure, non fœdere, non communione, non humanitate & natura ipsa omnibus communi. Quicquid ipsi liberet, existimaret licere oportere, & iure uictoriæ, & quod non censeret ullas esse leges, ullum iusiurandum, ullam fidem, qua soluti affectus possent alligari, aut uehementia impetus retardari ac impediri. Nam qua fide uictoriam exequatur, testes sunt Rhodienses milites, qui nisi se mature subduxissent, crudelissimo illos dolo statuerat omnes intercipere. Sed nec ad ipsos suos populares, & eisdem initiatos sacris meliore uirtutis fide. Victo & capto Sulthano, Mamelucos paratos se defendere, quum in fidem accepisset, uniuersos contrucidauit. Id quum ausus sit non sine aliquo populi sui consensu, quid eum facturum in nos censemus, secundo suo populo & applaudente? Quod si ipsi eidem mitius aliquem nostrum aut honorificentius placeat accipere, aut uix liceret ei inuidia suorum, aut nobis acerbissimus esset is honor, tanta inuidia infectus ac contaminatus. Nam quocumque aliquis nostrum receptus esset loco, ab eo se exclusum eiectionemque uir Turca interpretatur. Cui non dico principi, aut Bassano, sed Genuisario, uel satelliti, uel gregario militi non liceret, quicquid esset collibitum in nos, in liberos, in uxores, in fortunas nostras? Quid nimirum hominibus in canes, illorum opinione. Utinam huius rei non tam acerbum haberet Christianus orbis exemplum, & hæc potius coniecturis à nobis fingerentur, quàm tristibus adeo experimentis. An ulla gens, aut ullus omnino hominum tam extremam est seruitutis aliquando conditionem passus, quàm nunc patitur inclita illa & ingenijs, & literis, & armis Græcia? quod mancipium miserius seruit, quàm illa Græcia: quæ olim pro solo libertatis nomine tantum effudit sanguinis, tantum armauit militum, qui ad certissimam atque indubitatam mortem ire non dubitarent pro libertate? Ut nunc nullus in tanta regione nascatur ingenio paulò liberiore, aut impatienti seruitutis, qui non primum omnium Græciam sibi relinquendam & fugiendam ducat, uelut ergastulum ultimæ seruitutis: ita Italiam se aut in alias orbis partes conferat, magnum secum quocumque eat, circumgerens documentum, quid patiendum sit uiuentibus sub Turca. Hæcne ferrent uiri fortes, armati bellatores, & iactatores libertatis? Hæc parati sunt perpeti, qui pati non possunt indictionem aliquam extraordinariam Christiani principis, aut syluam, uel aquulam, uel piscem, uel leporem ex publico priuatum fieri? O quàm cæcis oculis ista intuemur? & dū præsentī cupiditati seruimus, nihil cunctamur in apertos malorum gurgites nos immergere. Tu ergo ut lenticulam aut intertriginem sanes, hauris uenenum: & quia parum acutè cernis, utrumque tibi lumen extinguis? Quid porro principes? An putant uerò, si sub illius ditionem ac potentiam uenerint, etiam si initio sedulo dissimulet, & amicorum eos ac sociorum nomine dignetur, non eum tamen paulò mox ut inualuerit, & uires confirmarit, ad morem suum patrium rediturum? ut nemo pedem unum terræ possideat, quem possit suum dicere: omnes serui ac mancipia illius & sint & nominentur, & cuiusque impurissimo carnifici ab eo missa præbenda sit ceruix, sine ulla detractione aut cunctatione, si Dominus iubeat? Vbi tum erunt feroces isti ac teneri, qui ne uerbulum quidem affinis aut propinqui possunt perferre? Erit hæc dura quidem, sed tamen iusta Dei ultio, ut qui Christianum parem, & fratrem suum non

Qualis uita nō
strorum sub
Turca.

Fides Turcæ
nulla.

Græcia hoc se
culo seruitus
misera.

tulerit, extremæ conditionis seruitutem sub crudelissimo domino seruiat. Dicent hic mihi nonnulli ex his qui sanctitatis opinionem affectant, honores, opes, decus, dignitas, uitæ conditio, carnalia sunt omnia: ualeant, Christianis non curanda. Valeant sanè per me, atq; utinam iam pridem iussissemus hæc ualere: quæ si non tantoperè in nobis inualuissent ac insedissent, nemo inter nos de Turca loqueretur. Sed agendum excutiamus spiritalia. Erit ne adeò spiritalis quisquam nostrum, tam obfirmato atque obdurato animo ad sensum rerum omnium uitæ huius, qui perpeti ac tolerare possit, quod est Græco quotidie deuorandum? obijci nobis, ut crimen atque ignominiam, nomen hoc Christiani, quo tantoperè iure gloriamur? Poterit audire tot blasphemias, tot maledicta, tot conuicia nominis CHRISTI, & Dei omnipotentis? Quod si quis inter illos uel uerbum unum per imprudètiā contra Mahumetem miserit, uel uita sit ei protinus, uel religio amittenda. è uestigio enim aut moriendum est illi ipsi, aut ad eam ipsam sectam transendum cui maledixerit. An non plerisque omnibus, si hæc uiderent, animus haud aliter accenderetur, quàm Mathathia Maccabæo: ut occiderent & Iudæum idolo sacrum facientem, & id fieri iubentem gentilem. Quid illud omnium grauissimum & acerbissimum, abduci liberos paruulos in remotissimas regiones, ut ibi abnegato CHRISTI nomine, & tota pietate in obliuionem missa, seruiant domino spurcissimo ac impio. Quis id nostrum perferret? quis non mallet mori millies, quàm id uidere, uel etiam audire? Neque inter hæc audent Græci filios suos obiurgare, reprehendere, castigare flagitia, formare ad uirtutem & studium honesti, uirga & flagris quum res poscit admonere disciplina, ne illi irritati, ad Turcas se conferant et hoc filij audent parentibus minari: à quibus Turcis si quis sit semel receptus, nulla ui, nulla ope, nulla arte potest unde reuerat redire. Et quum inter animantia omnia solus homo scelere suo corruptus à natura sua disceferit, quia & à deo, sit ut si sibi relinquatur, nullum animal efferacius euadat, nullum magis barbarum atque incompressum, nec ulla fera bellua tam sit immanibus moribus & inhumanis, tam belluæ similis, ac homo. Quales ergo illic adolescentere atque educari pueros est credibile, solutos, effrenes in licentia atque impunitate uitorum omnium, semota disciplina? Quæ potest in eiusmodi animis esse pietas? lam religio mirabiliter efflorescit, studijs adiuta sapientiæ & bonarum artium, quibus eruditus atque excultus animus acutius recondita diuinæ sapientiæ mysteria intuetur: nec remotus est ad diuinæ gradus cognitio atque exploratio rerum humanarum & mundi huius, cuius notitiam corporis sensibus capimus, atque usurpamus. Apostolus Paulus inuisibilia Dei per uisibilia cognosci ait, & primam Abrahæ cogitationem accessumq; ad uerum atque omnipotens numen adorandum ac colendum ex astris illi, ex cœlis, ex ordine & constantia mundi esse ortam, autor est Philo Iudæus, is qui de mundo scripsit: ut non iniuria uideatur dixisse Psalmista, cœlos enarrare gloriam Dei. Nec alia maior est superstitionis ac impietatis causa & occasio, quam ignorantia. At studia humanitatis, id est philosophia, & reliquæ ingeniorum atque ingenuæ artes, ut honore uelut gratissimo quodam & saluberrimo fauonio exhilaratæ flores ac fructus fundunt, ita contemptu aut etiam neglectu flaccescunt, ac emaridatæ collabuntur. Græcis aut Romanis rerum potentibus, magni sunt in disciplinis omnibus progressus facti: sub Gotthis et Barbaris illis ac feris dominis ita elanguerunt, ut parum admodum abfuerit, quin uitam omnem penitus ac spiritum exhalarent. Quàm tenues, quàm inualidas earum reliquias patrum ætas & nostra accepit? At Turca quàm alienus sit ab omni cultu animi, Scythæ, sanguinarius, quis non uel fando audiuit? Sub eo quod sit artium decus, qui uigor, uel ex Græcia discamus. Nisi forte meliores nos

Spiritali inu-
ria et inu-
modi
sub Turca fe-
rendæ.

Hominum feri-
tas unde.

Disciplinarum
momentum ad
pietatem.

Philo Iudæus.

Ignorantia.

Turcæ barba-
ries.

nos putamus fore, aut pollentiores ingenijs, magisq; factos atq; aptos ad literas, aut natura & nutu quodam ingeniorum magis ad literarum studia propensos Græcis: à quibus artes ac disciplinæ omnes, cultusq; & ornatus ingeniorum & natus est, & auctus, & in ceteros omnes mortales propagatus. Si ille pristinus, qui iam olim ardor deferbuit, adhuc in nobis duraret, fortassis credi posset pie uicturum Christianum sub Turca. Sed quum uideamus inter nos plena & florenti ecclesia, propter nummum unum ceteris peierari nomē Domini, ubi perituro non solum à diuino iudice parata est spiritalis animaduersio, sed etiam ab humano corporalis: quid futurum arbitramur, non nummo uno sed tanta merce de proposito commissi? Et qui sub Turca contra Christianos, contra patriam, contra penates, contra religionem meret ducato uno: an non religionem ipsam deferet, & se abnegare profitebitur, si is iubeat, aut se cupere significet, propter decem? Quid ij qui hic inter nos de fide sunt dubij? num illi non leuissimo momento impulsu deficerent? Nec illi ipsi qui nunc sunt firmi ac constantes, fortassis stabilitatem illam suam perpetuo possent conservare. Quantū putamus contagij ex dubijs & inconstantis fidei Dei hominibus ad sodales, ad uictores, ad familiares, & eos quibus cum uersantur & colloquuntur affricari ac harere? Non minus atq; ex putri aliqua ac fœda scabie. Cui non misceret scrupulos, illa tam frequens dubitatio, inquisitio, examinatio, altercatio, præsertim accedente in partem diaboli ueteratoria astutia & fraudibus? Nā si in rebus quæ corporeis sensibus exposita sunt magis atq; obuiae, quàm ea in quibus sita est fides pietatis, humana cauillatio aliquid semper inuenit quod conuellat, quod luxet, & præstigiæ sensibus nostris fiunt, ut ueritas sæpe obscuret ac cogatur latere, non id quidem rerum uicio aut magnitudine luminis nostrorum ingeniorum, sed tenebris atq; hebetudine mentis nostræ, ut merito ille dixerit, Nimum altercando ueritas amittitur: quid futurum est in religione, in ea quæ sensum omnem humanum excedit, quæ est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium? Fortior quidem Deus diabolo, & omnium ueritas fortissima: sed nos quia à Deo ad diabolum defecimus, quæ à partibus nostris uidentur stare, facillime recipimus, agere quæ faciunt pro diuinis, pressi hoc carnis pondere, quæ nutu suo ad ima nos deijcit: id est à celestibus ad terrena, ut magno conatu sit opus, quod tam onusti clium hunc ascendamus, quum ultro per pronum delabamur. Adfert tempus ipsum ueritati splendorem ac lucem, & ipsa ueritas posteaquā dilatat, emergit tandem: fateor, sed interea, dum tempus cunctatur, dū illa emergit, nos immergimur, ac perimus. Postremo, quum hic inter nos, ubi incitamur monitis, auctoritate sapientū, exemplis bonorum deterremur ab impietate, ignominia, dedecore, foro, iudicijs, poenis, nihil uel uidemus uel audimus quod ad impietatem aperte ac palam adhortetur atq; impellat, aut à uirtute, probitate, pietate auertat atq; arceat, respectum tamen C H R I S T I inter postrema posuerimus: nunquid si in uersa sit uita & rerum ratio, non potiora erunt nobis, quæ iam nunc priora esse quàm pietatem existimamus? Quid iam ergo est reliquū, quod furiosi homines, perditi, desperati, consecuturos se sub regno Turcæ sperent: non opes, non honores, non dignitates. Quis enim hæc canibus cōcedit, cuiusmodi nos illis erimus? Libertas quæ esse poterit sub tali domino, imò sub talibus dominis: nobis præcipue: quum nulla sit eius popularibus, eiusdem gentis, et heres: Literarum nulla erit cura, nulla mentio, pietas in periculo. Quid restat: ut noua aliqua rerum natura cōdatur, cuius boni insani isti sub Turca perfruantur? Quod si quis adeo sit fortis atq; audaci animo, ut contemptis alijs rebus omnibus, pietatem tamen se sub impio rege conseruaturū confidat: id tamen non debet alijs

Quitalis sumus sub Christianis, quales erimus sub Turca?

Diffensiones in religione & fide.

bet alijs optare ac procurare, de quorum constantia ac firmitate nihil habet exploratum, Seder ipse. Qui sibi nunc uidetur stare, ne se efferat animo, iuxta monita D. Apostoli: sed circumspecte agat, metuens casum. Non est omnino committendum, ut tentemus, ut uelimus, ut optemus experiri, qualis illa futura sit uita. in tantam tentationem morum ac pietatis, nullo penitus modo, quantum praestari a nobis possit, non debemus sinere ut inducamur. Nam & illis quos confirmaturus & corroboraturus erat ille spiritus, cui pares non sunt mundi uniuersi & totius naturae uires, praecipit tamen Deus, uigilent, orent, ne inducantur in tentationem: incerti utrum in ea pugna occumbent, an euadent incolumes. Quanto id est nobis omnibus magis orandum, tanto infirmioribus, omni amicorum robore ac uiribus deserti ac destituti: Precibus est hoc contendendum, & omni arte, ingenio, ope, uiribus connitendum: cauendumque, ne tanta perniciēs & tam praesens malum contingat.

FINIS.

QVIBVS ITINERIBVS TVRCI SINT

AGGREDIENDI, FELICIS PETANCI CANCEL-
larij Segniae ad Vladislaum Hungariae
& Boemiae regem,

LIBELLVS.



CC EPI MV S, serenissime rex, maiores nostros cum de inferendo bello consultarent, prius itinera quibus tuto in hostes pergerent, multorum & scriptis & documentis accuratius inuestigasse. Qua ex resape compertum est eos fuis ualidioribus copijs, amplissima regna atque opulentissimas prouincias occupasse adeptos. Ea propter operaprecium erit, maiestatem uestram commonuisse, quos terrarum limites, quasue gentium regiones adeat, in Turcos expeditionem affectans. Et quauis deceteri & matura persuasione ad prouisionem ruinae Christianae opus esset exordiri prolixioribus uerbis, tamen status perturbatissimus rerum me prohibet, eoque maxime quod maiores nostri, quorum exemplis innitimur, in huiusmodi arduis et mature nauadis rebus impigri ac semper citissimi extiterunt. Igitur dimissis oris maritimis, quae uersus Asiam nauigantibus patet, referam qui tramites ex septentrionali plaga in Thraciam & orientem dirigant. Primum igitur ex Pannonia ad Istri & Savi confluente, traicitur in superiorem Mysiam prope Belgradum oppidum, ubi duae concurrunt uiae. Altera superior in Thraciam, siue Romaniam: altera inferior ad Dardanos & Macedones mittens. Sed superiorem uiam sequendo, patentibus campis Godomiri praeter celebre phanum Reslaue, regum atque principum illustratum sepulchris, non procul pertransito amne maioris Muraue, relictisque finistrorsum agris Bardiloue, per pagum Branicerum pergitur ad Nisum, olim (ut ruinis cernitur) ciuitatem peregregiam, nunc instar uici redacta, a Turcis & Bulgaris habitata. Adiacet altissimis montibus ex finitimo Rhodope progressis, fluuius Nisaua, a quo denominatur, magnaque uenaliu copia rerum inter alios Mysiae & Tribalorum pagos censetur pretiosa. Abest a traiectu Belgradi cxx millibus passuum. Ex ea ascendendo ad uicem Pirothi situm in montanis, peragrato uasto montis Cunorouice iugo arduo atque difficili, cum ob profunda circum eminentium rupium concava, tum propter densissimum nemus, longioresque anfractus,

Diuisio itinerum
a Belgrado.

Nisus.

Pirothi uicus.